aliū obstinati diligim⁹. nec ab aliis diligi suspiciosi putamus: vnitas q̄ cū ꝓximis habenda est impediat̄. Verum huic duplici morbo duplex caritas medetur: illa scz que nō sua querit: ⁊ iterū illa que omnia credit. Habeat obstinatus caritatē nō querentē q̄ sua sūt: et alios diligat. Habeat suspiciosus caritatē om̄ia credentem: et ab aliis se diligi sine dubio credat.

De btā maria v̄ginē ſmo gn̄alis.

Signum magnū apparuit in celo: mulier amicta sole ⁊ luna sub pedibus eius: ⁊ in capite eius corona stellarū duodecim. Vehemēter quidem nobis dilectissimi vir vnus et mulier vna nocuere: sed gratias deo ꝑ vnū nichilomin⁹ virū et mulierē vnaz omnia restaurantur: sed nec sine magno fenore gr̄arū. Nō eni sicut delictū ita ⁊ donū: ſz excedit dāni estimatōz bn̄ficij magnitudo. Sic nimirū prudentissimus et clemētissim⁹ artifex. qd̄ q̄ssatū fuerat nō cōfregit: ſz vtilius omnino refecit ut videlicz nobis nouuz ꝑdā formaret ex veteri: ⁊ euā trāsfūderet in mariā. Et quidē sufficere poterat xp̄us: siquidē et nūc omnis sufficiētia nostra ex eo est: ſz nobis bonū nō erat esse hominē solū. Cōgruum magis vt adesset nostre reparationi sexus vterq̄z: quorū corruptōi neuter defuisset. Fidelis plane ⁊ prepotēs mediator dei ⁊ hominū. homo xp̄us ihesus: ſz diuinā in eo verēt̄ homines maiestatē. Absorpta videtur in deitatē humanitas. nō q̄ sit mutata substātia: sed affectio deificata. Nō sola illi cātat̄ misericordia. cātatur pariter et iudiciū: quia ⁊ si didicit ex his q̄ passus ē cōpassionez vt misericors fieret: habet tn̄ et iudiciariā potestatē. Deniqz deus noster ignis cōsumēs ē. Nuidni veret̄ peccator accedere: ne quēadmodū fluit cera a facie ignis. sic ꝑeat ip̄e a facie dei? Iam itaqz ne ip̄a mulier benedicta in muliēribꝫ videbit̄ ociosa. inuenieť equidem locus eius in hac recōciliatōe. Opus ē eni mediatore ad mediatorē istuz: nec alter nobis vtilior q̄ maria. Crudelis nimirum eua. ꝑ quā serpens antiquus pestiferū etiā ipsi viro virus infudit: sed fidelis maria que salutis antidotum et viris et mulieribꝫ ꝓpinauit. Illa eni ministra sedductōnis. hec ꝓpiciatōnis: illa suggessit p̄uaricacōez: hec ingessit redēptiōez. Nuid ad mariā trepidet humana fragilitas? Nihil austerū. nichil terribile: tota suauis est: omnibꝫ offerēs lac et lanā. Reuolue diligētius euāgelice historie seriē vniuersam: et si quid durum. si qd̄ deniqz signū vel tenuis indignatōnis occurrerit in maria: de cetero suspectū habeas ⁊ accedere verearis. Nuod si ut vere sunt plena magis omnia pietatis et gratie. plena mā suetudinis et misericordie. q̄ ad eam pertinēt inueneris: age gratias ei. qui talē tibi mediatricem benignissima miseratōe ꝓuidit: in qua nichil possit esse suspectū. Deniqz omnibus omnia facta est: sapiētibꝫ et insipiētibꝫ copiosissima caritate debitricez se fecit: omnibꝫ misericordie sinū aperit. ut de plenitudine eius accipiāt v̄niūsi: captiuus redemptōez. eger curationē tristis cōsalationē. peccator veniā. iustus gratiā. āgelus leticiam. deniqz tota trinitatis gloriaz: filij ꝑsona carnis humane substantiam: ut nō sit q̄ se abscōdat a calore

eius. Putas ne ipsa est sole amicta
mulier? Esto siquidē ut de pñti ec-
clesia intelligēdū ꝓphetice visionis
series ipsa demōstret: ꝫ id plane nō
cōueniēter marie videbit̄ attribuē
dum. Nimirū ea est que velut alterū
solē induit sibi. Nuēadmodū eni ille
sup bonos ⁊ malos indifferēt̄ orit̄.
sic ipa q̄ꝫ p̄terita nō discutit merita:
sed omnibꝫ sese exorabilē om̄ibꝫ cle
mentissimā se p̄bet: omniū deniq̄ ne
cessitates amplissimo quodā mise-
retur affectu. Nam et defectus sub
ea: et om̄is quicq̄d fragilitatis seu
corrupcōnis ē. excellētissima quadā
sublimitate pre ceteris om̄ibꝫ exce-
dit ⁊ supgreditur creaturis: ut me
rito sub pedibꝫ eius luna esse dicat̄.
Alioq̄n nichil magnum dixisse vi-
debitur: ut sit luna ista sub pedibꝫ
eius. quā sup om̄es āgeloꝝ choros
sup cherubin q̄ꝫ ⁊ seraphin exalta
tam nefas est dubitare. Solet autē
luna nō modo defectū corrupcōnis
sed et stulticiā mētis. nōnūq̄ꝫ vero
⁊ ecclesiā huius tempis designare.
Illā quidem ꝓpter mutabilē: hanc
sane ꝓpter susceptū aliūde splēdorē
Vtraq̄ꝫ vero ut ita dixeri. luna sub
marie pedibꝫ cōgrue satis intelligi
potest: alio tñ atq̄ꝫ alio mō. Siquidē
stultus ut luna mutatur: sapiēs aūt
ꝑmanet ut sol. In sole nimirū et fer
uor ⁊ splēdor stabilis: in luna solus
splendor atꝫ is om̄ino mutabilis ⁊ in
certus: qui nūq̄ꝫ in eodē statu ꝑma-
net. Iure ergo maria sole ꝑhibetur
amicta: q̄ ꝓfundissimā diuine sapiē
tie vltra q̄ꝫ credi valeat penetrauit
abissū: ut quātū sine ꝑsonali vnione
creature cōditio patit̄ luci illi inac
cessibili videat̄ immersa. Illo nimi-
rū igne ꝓphe labia purgantur: illo
igne seraphin accēdūt̄. Lōge vero
aliter maria meruit nō velut sūma-
tim tāgi. sed opiri magis ⁊ circūfun
di: ⁊ tāq̄ꝫ ipso igne cōcludi. Cādidis
simus sane. ꝫ ⁊ calidissimus huiꝰ mu
lieris amictus: cuiꝰ om̄ia tā excellen
ter irradiata noscūt̄. ut nichil in ea
nō dico tenebrosū. sed obscurū sal-
tē vel minus lucidū: ꝫ ne tepiduꝫ q̄
dē aliquid aut nō feruētissimū lice-
at suspicari. Insipiētia vero om̄is
longe sub pedibꝫ eius est: ut penitꝰ
absit hec ab insipiētiuꝫ mulieꝝ nu
mero. ⁊ collegio virginū fatuarū.
Imo vero ⁊ vnicus ille stultꝰ ⁊ totiꝰ
stulticie princeps. qui vere mutatus
ut luna sapiētiam ꝑdidit in decore
suo. sub marie pedibus conculcatus
et cōtritus miseram patit̄ seruitutē
Nimirū ipsa est quōdā deo ꝓmissa
mulier serpētis antiq̄ caput v̄tutis
pede cōtritura: cuiꝰ plane calcaneo
in multis versutijs insidiatꝰ ē. ꝫ sine
causa: sola eni cōtriuit vniūsā here
ticā prauitatē. Aliꝰ nō de substātia
carnis sue xp̄m edidisse dogmatisa
bat: alius ꝑuulū nō pepisse sed rep
isse sibilabat: alius vel post partuꝫ
viro cognitā blasphemabat: aliꝰ dei
matrē audire nō sustinēs magnum
illd nomē. theotocos impijssime sug
gillabat: ꝫ contriti sūt insidiatoēs.
cōculcati supplantatores. ꝯfutati de
rogatores: et beatā eā dicūt om̄es
gn̄acōes. Deniq̄ꝫ ⁊ ꝯtinuo ꝑ herodē
draco insidiatus ē pariēti. ut nascē
tē excipiēs filiū deuoraret: q̄ inimi-
citie eēnt int̄ semē mulieris et draco
nis. Nā si ecclesia lune magis videt̄
intelligēda vocabulo q̄ videlicꝫ nō
ex se splēdeat. ꝫ ab eo qui dicit. sine
me nihil potestis facere: habes me
diatricē quā tibi paulo āte cōmēda
uimus euidenter exp̄ssam. Mulier in
q̄t amicta sole: ⁊ luna sb̄ pedibꝫ eius

Amplectemur marie vestigia frēs
mei: et deuotissima supplicatōne bea
atis illi⁹ pedibꝫ ꝓuoluamur. Tene
amus eā: nec dimittamus donec be-
nedixeris nobis. Potēs ē eni. Nēpe
vellus ē mediū inter rorē ⁊ aream:
mulier inter solē ⁊ lunā: maria inter
xp̄m et ecclesiā constituta. Sꝫ forte
miraris nō tam vellus opertū rore.
q̄ amictā sole mulierē. Magna siq̄-
dē familiaritas: ꝫ mira om̄ino vicini
tas solis et mulieris. Quomodo eni
in tā vehemēti feruore. tam fragi
lis natura consistit? Merito quidē
ammiraris moyses sācte ⁊ curiosi⁹
desideras intueri. Verūtamē ⁊ solue
calciamēta de pedibus tuis: et in vo
lucra pone carnaliū cogitatōnum:
si accedere cōcupiscis. Vado inquit
et videbo visionē hāc magnā. Mag
na plane visio rubus ardens sine cō
bustione: magnū signū. mulier illesa
manēs amicta sole. Nō ē rubi natu-
ra opertū vndiq̄ flammis manere
nichilominus incōbustū: nō mulieris
potētia ut sustineat solis amictum.
Nō ē v̄tutis hūane: sed angelice q̄-
dē. Sublimior q̄dā necessaria ē. Spi
rit⁹ scūs inq̄t supueniet in te. Et tāq̄
respōdeat illa qm̄ spūs ē deus. ⁊ deus
nr̄ ignis cōsumēs est: virtus ait nō
mea nō tua: sed altissimi obūbrabit
tibi. Nihil itaq̄ mirū. si sub tali ob-
umbraculo talis etiā a muliere su-
stineat̄ amictus. Mulier inquit ami
cta sole: plane amicta lumine tanq̄
vestimēto. Non ꝑcipit forte carna-
lis. nimirū spūale ē: stulticia illi videt̄
Non sic videbat̄ apl̄o qui dicebat.
Induimini dn̄m ihesū cristū. Quam
familiaris ei fctā es dn̄a. q̄ ꝓxima:
imo q̄ intima fieri meruisti: quātaꝫ
inuenisti gr̄am apud eū. In te ma-
net. ⁊ tu in eo: ⁊ vestis eū. et vestiris
ab eo. Vestis eū substantia carnis:
et vestit ille te sue gloria maiesta-
tis. Vestis solē nube: ⁊ sole ip̄a vesti
ris. Nouum eni fecit dn̄s sup terrā.
ut mulier circūdaret virū: nec aliuꝫ
q̄ xp̄m de quo dicit̄: ecce vir oriens
nomē eius. Nouū q̄ꝫ fecit in celo: ut
mulier sole appareret amicta Deni
q̄ꝫ et coronauit eū: ⁊ vicissim ab eo
meruit coronari. Egredimini filie
syon ⁊ videte regē salomonē in dya
demate: q̄ coronauit euꝫ mater sua
Verū hoc alias. Interi sane ingre-
dimini magis et videte reginam in
diademate quo coronauit eaꝫ filius
suus. In capite inq̄t ei⁹ corona stel
larū duodecim. Dignū plane stellis
coronari caput: qd̄ et ipsis lōge cla
ri⁹ micās ornet eas poti⁹ q̄ ornet̄ ab
eis. Quidni coronēt sydera. quā sol
vestit? Sic dies verni circūdabāt eā
flores rosarū. et lilia cōualliū. Nimi
rū leua spōsi sub capite eius: ⁊ iā dex
tera ilius amplexat̄ eā. Quis illas
estimet gēmas. Quis stellas nume-
ret: e quibꝫ marie regiū dyadema o-
pactū ē? Supra hominē est corone
huius ratōnem exponere: indicare
cōpositōnem. Nos tamē ꝓ modulo
nostre exiguitatis abstinētes a picu
loso scrutinio secretorū. nō incōgrue
forsitan duodecim stellas istas. duo
deci p̄rogatiuas gr̄arū intelligere
videamur: quibus maria singularit̄
adornatur. Siquidem inuenire ē in
maria p̄rogatiuas celi. p̄rogatiuas
carnis. p̄rogatiuas cordis ⁊ si fuerit
ternari⁹ iste per quaternariū mul
tiplicat⁹: habem⁹ forte stellas duo
deci. quibꝫ regine nostre dyadema
p̄fulgeat vniūsis. Michi sane ruti-
lat fulgor. p̄mo i marie generatōe
secūdo in angelica visitatōne: tercō
in spūs superuētione: quarto in filij

dei inenarrabili cōceptione. Sic ⁊ in
his q̄ꝫ sydereū plane irradiat decꝰ.
q̄ virginitatis p̄miceria. q̄ sine cor
ruptiōe fecūda: q̄ sine grauamine
grauida: q̄ sine dolore puerpera.
Nichilominus etiā speciali quodaꝫ
splēdore in maria choruscāt mansue
tudo pudoris. deuotio humilitatis:
magnanimitas credulitatis: mar=
tirium cordis. Vestre quidem sedu=
litatis erit singula queq̄ diligen=
tius intueri: nos interim satis fe=
cisse videbimur: si breuit̄ ea potueri
mus demonstrare. Quid ergo syde=
reū micat in generatōe marie? Pla
ne q̄ ex regibus orta: q̄ ex semine
abrahe: q̄ generosa ex stirpe dauid
Si id parū videtur: adde q̄ genera
tōni illi ob singulare priuilegiū san
ctitatis diuinitꝰ noscit̄ esse cōcessa.
q̄ longe ante eisdē p̄ribꝫ celitꝰ rep
missa: q̄ misticis p̄fugurata miracu
lis q̄ miraculis p̄nūciata ꝓphicis.
hāc sacerdotalis v̄ga dum sine ra=
dice floruit: hanc gedeonis vellus
dū in medio sicce aree maduit: hāc
in ezechielis visione oriētalis porta
q̄ nulli vnq̄ patuit presignabat.
Hāc deniq̄ p̄ ceteris ysaias nūc vir
gam de radice iesse oriturā ꝓmitte
bat: nūc euidētius virginē pariturā
Merito signū hoc magnum in celo
apparuisse scribitur: q̄ tāto ante de
celo noscitur fuisse ꝓmissū. Dn̄s ait
ipse dabit vobis signū. Ecce virgo
cōcipiet. Magnū ꝓfecto signum de
dit: quia ⁊ magnus ip̄e qui dedit.
Huius p̄rogatiue fulgor quoꝝ non
vehemēter reuerberat aciē oculorū
Iam in eo q̄d tam reuerenter atq̄
officiosissime ab archāgelo saluta=
ta ē. ut iam in regali solio sup̄ om̄es
celestiū ordines regionū exaltata vi
deret̄. paulominus adoraturus fe=
minam. qui solebāt ab hominibus
hactenus eq̄nimiter adorari: excel=
lentissimū nobis virginis nostre me
ritū ⁊ singularis gr̄a commēdatur.
Nichilominꝰ fulget etiā nouus ille
conceptōnis modus: ut nō in iniqui
tate quēadmodū cetere omnes sed
supuemēte spū sancto. sola ⁊ de sola
sanctificatōne maria cōcipet. Nā q̄
verū deum et dei filiū genuit ut ideꝫ
ip̄e dei atq̄ hominis filius vnus om
nino deus ⁊ homo ꝓdiret ex maria
abissus est luminis: nec facile dixe=
rim: q̄d vel āgelicus oculus ad huiꝰ
fulgoris vehemētiā nō caliget. De
cetero sane virginitatē carnis ⁊ ꝓ
positū virginitatis et ipsius q̄ꝫ ꝓpo
siti nouitas euidēter illustrat: q̄ vi
delicet in libertate spūs legis mosai
ce decreta transcēdens: illibatā deo
corpis simul et spūs sanctimoniā vo
uit. Probat eni ꝓpositi inuiolabile
fundamētū: q̄ tam cōstant̄ ꝓ mit=
tēti filiū angelo respōdit. Quomō
fiet istud quoniā virū nō cognosco?
Forte eni ꝓpterea primo turbata ē
in sermone eius et cogitabat qualis
essꝫ ista salutatio: q̄ benedictā sese
audissꝫ in mulieribꝫ: q̄ nimirū bene=
dici in virginibꝫ sēp optabat. Et ex
tūc quidē cogitabat. qualis essꝫ ista
benedictō. q̄ iam videret̄ esse suspe
cta. Vbi vero in ꝓmissione filij ma=
nifestū virginitatis piculū videbat̄:
nō potuit vltra dissimulare q̄n dice=
ret. Quō fiet istud: quoniā virū nō
cognosco: Merito ꝓinde et illā me=
ruit benedictōnē et hāc nō amisit:
ut lōge gloriosior fiat ⁊ v̄ginitas ex
fecūditate. et ex virginitate fecūdi
tas: ac mutuis sese radijs illustrare
hec duo sidera videātur. Magnū eni
virginē esse: sed virginē matrē esse
longe amplius per omnem modū.

Iure etiã illd molestissimũ tediuz q̃
relique om̃es grauide mulieres labo
rare noscuntur sola non sensit: que
sine sola libidinosa voluptate conce
pit. Vnde et in ip̃o sue conceptõnis
initio. quãdo potissimũ cetere mulie
res miserabilius affliguntur: maria
tota alacritate mõtana oscẽdit: ut
elizabeth ministraret. Sed ⁊ ascen-
dit bethlehem imminẽte iã partu.
portãs p̃ciosissimũ illud depositum:
portans onus leue: portãs a quo por
tatur Sic ⁊ in partu q̃ lucidũ est. q̃
noua exultacõne nouã edidit ꝓlez:
sola inter mulieres a cõmuni male-
dicto et dolore ꝑturiẽtiũ aliena. Si
rerũ precia de raritate pensamus:
nichil his potest rarius inueniri. Si
quidem in omnibꝫ istis nec p̃maz si
milẽ visa est: nec habere sequẽtem.
E quibus nos si ea fideliť intuemur.
sine dubio ammirationez cõcipimꝰ:
ꝫ veneratõez. sed deuocõnem: ꝫ con
solatõnẽ. Ceterũ que restãt adhuc
imitatõez non requirũt. Nõ ẽ nobis
ante ortũ tam multipharie multisq̃
modis ꝓmitti diuinitus. celitus p̃nũ
ciari: sed nec ab archãgelo gabrie
le tam noue salutacõnis obsequijs
honorari. Minus aũt cetera duo cõ
municat nobis: plane secretũ suum
sibi. Sola eni est de q̃ diciť. qd̃ in ea
natũ ẽ de spũ sancto ẽ: sola cui diciť.
qd̃ ex te nasceť sanctũ. vocabitur
filius dei. Offerãtur regi virgines
sed post eã: nã primatũ sola vendi-
cat sibi. Multo magis aũt sola sine
corruptõe cõcepit: sine grauamine
tulit: sine dolore filium parturijt.
Itaq̃ nichil horũ a nobis exigitur:
ꝫ exigiť plane nõ nichil. Nunquid
em̃ si defuerit nobis etiam mansue-
tudo pudoris. si humilitas cordis.
si magnanimitas fidei. si compassio
mentis: negligẽtiã nõstrã muneruz
singularitas excusabit? Gratissima
sane gẽma in diademate: micans in
capite stella: rubor in facie hominis
verecũdi. Anvero q̃s putat q̃ hac
cauerit gratia: q̃ gratia plena fuit
Pudibũda fuit maria: ex euãgelio
id ꝓbamus. Vbi em̃ aliqñ loquax:
vbi p̃sumptuosa fuisse videť? Foris
stabat querẽs loqui filio: nec maťna
auctoritate. aut sermonez inťrupit
aut habitatõnem irrupit. in qua fi-
lius loquebatur. In om̃i deniq̃ tex
tu quatuor euãgeliorũ si bene memi
ni. nõ nisi quater maria loquẽs audi
tur. Primo quidẽ ad angelũ. ꝫ cuz
iam semel atq̃ iterũ allocutus eaz
fuissz: scd̃o ad elizabeth. quãdo vox
salutacõnis eius iohãnez exultare
fecit in vtero et ea magnificãte ma
riã. ip̃a magis dñm magnificare cu
rauit: tercõ ad filiũ. cũ iã essz anno-
rũ duodecim q̃ ipsa et pater eiꝰ do
lentes quesissent eũ: quarto in nup
tijs: ad filiũ ⁊ ministros. Et is quidẽ
sermo certissimus index ingeite mã
suetudinis. et virginalis verecũdie
fuit. Aliorũ quippe verecũdiaz suaz
reputans: sustinere nõ potuit: nõ po
tuit vini dissimulare defectum. Vbi
sane increpata ẽ a filio: tãq̃ mitis ⁊
humilis corde nec illi respondit: nec
tñ desperauit: ministros ammonens
facere qd̃ diceret eis. Nũquid ab ini
tio venisse pastores. et p̃mã omniũ
mariaz inuenisse legũť? Inuenerũt
ait euãgelista mariã et ioseph. ⁊ in
fãtẽ positũ in p̃sepio. Sic ⁊ magi q̃
si recolis. non sine maria matre eius
puerũ inuenerũt: et inducẽs in tem-
plum dñi tẽpli dñm. multa q̃dem a
symeone audiuit. tã de eo q̃ de ip̃a.
ad loquẽdũ tarda. velox ad audiẽ
dũ. Et quidẽ maria cõseruabat oia

verba hec cōferēs in corde suo: sed
in his omnibꝫ neqꝫ de ipo incarna-
cōnis dominice sacramēto quodcū-
qꝫ verbū repies. Ve nobis qui spiri
tū habemus in naribus: ve q̄ totum
ꝓferimus spiritū: qui iuxta illud co
mici pleni rimaruꝫ effluimus vndiqꝫ
Totiens maria deniqꝫ filiū audiuit
nō modo turbis loquētē in ꝑabolis
sed ⁊ discipulis seorsū regni dei mi
steria reuelantē. vidit miracula faci
ciētem: vidit deinde in cruce pēdētē.
vidit exspirātē. vidit resurgētē. vi-
dit ⁊ ascēdentē: sed in his omnibus
quotiēs verecūdissime v̄ginis. quo-
tiēs pudicissime turtu: is vox memo
rat̄ audita? Deniqꝫ legis in actibus
apl̄orū. q̄ redeuntes a mōte oliueti
vnammiter ꝑseuerabāt in oratōne.
Nui? Si forte maria affuit nominet̄
p̄ma: que super om̄es ē. taꝫ filij p̄ro
gatiua. q̄ sue priuilegio sāctitatis.
Petrus et andreas ait iacobꝫ et io-
hannes et ceteri qui secūtur: hi om
nes ꝑseuerabāt vnammiter cū mu-
lieribus ⁊ maria matre ihesu. Itane
⁊ mulierū sese vltimā exhibebat. ut
nouissima omniū poneret̄? Vere car
nales adhuc discipuli. quibꝫ necdū
spiritus erat datus. quia ihesus nec
dū fuerat glorificatus. quō facta ē
inter illos ꝯtentō de p̄matu: cū ma-
ria quāto maior erat humiliaret se
nō modo in om̄ibꝫ. sed ⁊ p̄ omnibus?
Merito facta est nouissima prima:
que cū prima ēssꝫ omniū. sese nouis
simā faciebat. Merito facta ē om̄iuꝫ
domina: que se omniū exhibebat ā-
cillā. Merito deniqꝫ sup angelos ex
altata est. que et infra viduas et pe
nitentes. infra eā de qua eiecta fu e
rāt septē demoīa. ineffabili sese man
suetudine inclinabat. Obsecro vos
filioli. emulamini hāc virtutē si ma
riā diligitis: si ꝯtenditis ei placere:
emulamini modestiā eius: nichil eni
tam ydoneū homini: nichil tā cōgru
um xp̄iano: maximeqꝫ monachum
nihil adeo decꝫ. Et quidē manifesta
satis in virgine. ex hac ip̄a mansue
tudine virtus humilitatis elucet. Ni
mirū collectanee sūt humilitas et
māsuetudo: in eo ꝯfederate germa
no qui dicebat. Discite a me: quia
mitis sū et humilis corde. Sicut eni
mater p̄sūptionis elatio: sic mansue
tudo vera nō nisi ex vera humilitate
ꝓcedit. Nec in sola tātū marie taci
turmitate ꝯmēdatur humilitas: sed
euidētius resonat in sermōe. Audi-
erat qd̄ ex te nascetur sāctū vocabi
tur filius dei: et nichil aliud q̄ ancil-
la eius se esse respōdit. Inde ventuꝫ
est ad elizabeth: ⁊ cōtinuo virginis
gl̄ia singularis eidē ꝑ spiritū reuela
tur. Deniqꝫ et mirabatur ꝑsonā ve-
niētis dicens: vnde hoc michi: vt ve
niat mater dn̄i mei ad me: cōmenda
bat et vocē salutātis adiciēs: vt fa-
cta est vox salutatōis tue in auribꝫ
meis exultauit in gaudio infans in
vtero meo: et beatificabat fidē cre
dētis. btā inquiēs q̄ credidisti: qm̄ ꝑ
ficiunt̄ in te q̄ dicta sūt tibi a dn̄o.
Magna quidē p̄conia: ꝫ ⁊ deuota hu
militas nichil sibi passa retinere in
eū magis vniūsa infūdit: cuiꝰ in se
beneficia laudabant̄. Tu inq̄t mag
nificas matrē dn̄i: ꝫ magnificat aīa
mea dn̄m. In voce mea filiū ꝑhibes
exultasse in gaudio: ꝫ exultauit spi
ritꝰ meus in deo salutari meo: ⁊ ip
se q̄ꝫ tāq̄ amicꝰ spōsi gaudet ad vo
cē spōsi. Beatā esse dicis q̄ credidis
set: ꝫ credulitas ⁊ btitudinis causa
respectus est supne pietatis. ut ex
hoc magis btāꝫ me dicāt ōes gn̄a-
tōes: quia ancilla humilē ⁊ exiguā

respexit deꝰ. Verūtamē nūquid pu
tamꝰ frēs elisabeth sāctā in eo ꝙ ꝑ
spiritū vtiqꝫ loq̄bat̄ errasse? Absit.
Btā plane quā respexit deꝰ ⁊ btā q̄
credidit. Hic em̄ magnus diuine re
spectōis extitit fructus. Ineffabili
siquidem artificō spiritus supueni-
ens tāte hūilitati mag̃nimitas tāta
i secretario v̄ginei cordis accessit: ut
quēadmodū integ̃tatē ⁊ fecūditatē
p̄dicimus. Hec q̄ꝫ nichilominus sunt
stelle ex respectu mutuo clariores:
ꝙ videlicet nec humilitas tāta mi-
nuit magnanimitatē. nec magnani-
mitas tāta humilitatē: ꝫ in sua esti-
matōne tam humilis esset nichilo-
minus: et in ꝓmissionis credulitate
magnanimis: ut que nihil aliud q̄ꝫ
exiguaꝫ sese reputabat ancillā: ad
incōprehensibile hoc misterium ⁊ ā
mirabile cōmertiū ad inscrutabile
sacramētū nullatenus dubitaret ele
ctā: et verā dei et hominis genitricē
crederet mox futurā. Agit hoc nimi
rū in cordibus electoꝝ gratie p̄ro-
gatiua diuine: ut eos nec humilitas
pusillanimes faciat: nec magnani-
mitas arrogātes. Magis aūt coo-
patōe sibi: ut nō solū nulla ex mag
nanimitate subintret elatō. ꝫ hinc
maxime ꝓuehatur humilitas: ut in
ueniātur in eo āplius timorati. ⁊ lar
gitori munerū nō ingrati. ac vicissiꝫ
ex occasione humilitatis pusillani-
mitas nulla subripiat: ꝫ quo minus
de sua q̄sqꝫ vel in minimis p̄sumere
cōsueuit. eo āplius etiaꝫ in magnis
quibusqꝫ de diuina virtute cōfidat.
Martiriū sane virginis quā nimirū
inter stellas dyadematis eius si me-
ministis duodecimā noīauimus: taꝫ
in simeonis ꝓphetia. q̄ꝫ in ip̄a dn̄ice
passionis historia ꝯmēdatur. Posi-
tus ē hic ait sāctus senex de paruu-
lo ihu in signū cui cōtradicet̄: ⁊ tuā
ip̄ius animā. ad mariā aūt dicebat.
ꝑtrāsibit gladius. Vere tuā mater
animā o beata gladius ꝑtransiuit.
Alioq̄n nō nisi tuā ꝑtrāsiens carnē
filij tui penetraret. Et quidē postea
q̄ꝫ emisit spiritū tuus ille ihesus om
niū quidē. ꝫ specialiter tuus. ip̄iꝰ pla
ne nō attigit animā crudelis lācea:
que ipsius mortuo parcēs cui nocere
nō posset apuit latꝰ: ꝫ tuā vtiqꝫ ani
mā ꝑtrāsiuit. Ipsius nimirū anima
iam ibi nō erat: sed tua plane neq̄-
bat auelli. Tuā ergo ꝑtrāsiuit aiaꝫ
vis doloris. ut plus q̄ꝫ martirē non
immerito p̄dicemus: in qua nimirū
corporee sensū passionis excesserit
cōpassionis affectus. An non tibi
plus q̄ꝫ gladius fuit sermo ille reue
ra pertransiēs animā et pertingēs
vsqꝫ ad diuisionē anime et spiritus:
mulier ecce filiꝰ tuꝰ? O cōmutacōnē.
Iohannes tibi pro ihesu traditur.
seruus ꝓ domino. discipulus ꝓ magi
stro: filius zebedei ꝓ filio dei: homo
purus ꝓ deo vero. Quomō nō tuaꝫ
affectuosissimā animā ꝑtrāsijt hec
auditō: qn̄ ⁊ nr̄a licet saxea. licet fer
rea pectora sola recordatō scindit?
Nō miremini fratres: ꝙ maria mar
tir in anima fuisse dicat̄. Miret̄ qui
nō meminerit audisse se paulū inter
maxima gētiū crimina memorātē
ꝙ sine affectione fuissent. Longe id
fuit a marie visceribꝫ: lōge sit a ser
uulis eius. Sꝫ forte quis dicat. Nū-
quid nō eū p̄scierat moriturū? Et in
dubitāter. Nūquid nō sperabat cō-
tinuo resurrecturū? Et fidēter. Sup
hꝰ doluit curcifixū? Et vehemēt̄. Alio
q̄n q̄snā tu frater aut vn̄ tibi hꝰ sapiē
tia: ut mireris plus ꝯpatiētē. q̄ꝫ ma
rie filiū patiētē? Ille ec̄ mori corpe
potuit: ista ꝯmori corde nō potuit.

Fecit illud caritas. qua maiorez ne
mo habuit: fecit et hoc caritas: cui
post illam similis altera nō fuit. Jā
te mater misericordie ꝑ ip̄m since-
rissime tue mentis affectū tuis iacet
ꝓuoluta pedibus luna. mediatricez
fidi apud solem iusticie constitutaz.
deuotis supplicatōibus interpellat:
vt in lumine tuo videat lumen et so
lis gratiam tuo mereatur obtētu:
quā vere amauit p̄ om̄ibus et orna
uit stola glorie induens et coronam
pulcritudinis ponens in capite tuo.
Plena es gratiarū. plena rore ce-
lesti. innixa sup dilectū delicijs afflu
ens. Ciba hodie paupes tuos domi
na. ip̄iq; catelli de micis edant: nec
puero abrahe tautum sed et camel
potuz tribuas de supeffluenti ydria
tua. quia tu vere puella es p̄elctā ⁊
p̄parata altissimi filio: qui est super
om̄ia benedictus in secula amen.

In natiuitate marie.

Fecunde virginis amplecti-
tur celum presentiam: terra
memoriā veneratur. Sic nimi
rum totius boni illic exhibitio. hic
tenuis quedam libatio primitiaruz:
ibi res et hic nomen. Domine inquit
nomen tuum ineternum: et memori
ale tuum in generationem et gene
rationem. Generatio et generatō.
non angelorum profecto. sed homi
num est. Vis scire quia et memoria
le eius in nobis est. p̄sentia in excel-
so? Sic orabitis inquit. Pater noster
qui es in celis: sanctificetur nomen
tuum. Fidelis oratio. cuius ip̄a pri-
mordia et diuine adoptionis et ter
rene pegrinationis admoneant: vt
hoc scientes ꝙ quamdiu non sumus
in celo pegrinamur a dn̄o gemam⁹
intra nosmetip̄os adoptionem filio
rum exspectantes: p̄sentiā vtiq; pa
tris. Signanter ꝓinde. et de xp̄o ꝓ-
pheta loquit̄ dicens. Spūs ante fa-
ciez nostrā xp̄us dominus: in vmbra
eius viuemus inter gentes. Nam in
ter celestes quidem beatitudines. nō
in vmbra viuitur: sed potius in splē-
dore. In splendoribus sanctorum in-
quit ex vtero ante luciferuz genui
te. Verum id quidem pater. At ma
ter sane eundem ip̄m splendorem ge
nuit sed in vmbra: non nisi ea tamē
qua obumbrauit altissimus. Merito
ꝓinde canit ecclesia. non illa quidez
ecclesia sāctoꝝ que in excelsis ⁊ in
splendore: que interim pegrinatur
in terris. Sub vmbra eius quem desi
deraueram sedi: et fructus eius dul
cis gutturi meo. Lucem quippe me-
ridianam vbi pascit sponsus sibi pe
tierat indicari sed repressa est: et ꝓ
pleitudine luminis vmbra eius quā
desideraueram: sed sub vmbra eius
quem desideraueram sedi. Neq; eni
ipsius expetierat vmbra. sed ipsum
veram ꝓfecto meridiem: lumen ple
nū de lumine pleno. Et fructus ait
dulcis gutturi meo: ac si dicat: gu-
stui meo. Vsq; quo non parcis mi-
hi: nec dimittis me vt gluciam sali
uam meam? Nuousq; manet illa sen
tentia: gustate et videte quoniam
suauis est dominus? Et quidem sua-
uis gustui et dulcis gutturi: vbi me
rito etiā sup h̄ spōsa ꝓrupit in vocē
gratiarum actionis et laudis. Sed
qn̄ dicet̄. comedite amici ⁊ bibite: ⁊
inebriami carissimi? Justi epulēt̄ ait
ꝓpheta: ꝫ in ꝯspectu dei vtiq; nō in
vmbra. Et de ip̄o satiabor ait cū ap
paruerit gl̄a tua. Sz ⁊ dn̄s ad apl̄os
ait. Vos estis q̄ ꝑmāsistis mecū in tē
ptatōib⁹ meis ⁊ ego dispono vob̄ sic̄